

EXEMPLAR III

IDIBVS MAIIS

MCMLXXVIII

LIBELLVS

MENSVALITER

EDITVS

RVMOR
VARIVS

PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimann discipulis et omnibus
ceteris hunc libellum legentibus s.d.p.

Incipio praefationem illo verbo praeclaro
Caesaris: "Alea iacta est!" Nam post mul-
tas deliberationes et discipuli linguam La-
tinam discentes et magistri eam docentes
decrevimus nos hunc libellum, qui adhuc bis
editum est (primum fuit mense Februario,
iterum mense Aprili), in tempus futurum
non iam specie consuetudinem sequente, im-
mo typographica forma edituros esse. Magna
audemus, nam usque ad hoc tempus nescimus
placeatne exemplar sub nova forma proposi-
tum legentibus an displiceat. Tamen operae
pretium futurum esse putamus.

Priusquam persequar, 'Rumorem Varium' brevi-
ter legenti ostentare velim. Est libellus
hoc sub titulo editus, quem Latina lingua
menstrualem, id est Idibus, edere volumus.
Proposita, quae adipisci velimus, varia sunt:
Legentes vigorem linguae Latinae agnoscant
et legendo 'Rumorem Varium' eam melius dis-

cant; ipsi 'Rumori Vario' epistulas propria manu scriptas edendas mittant, quae de quaestionibus ad discipulos vel ad ceteros legentes pertinentibus agant. Sed non modo seriis rebus in hoc libello locus detur! In animo habemus etiam aenigmatibus a legentibus solvendis semper locum servare. Parvo pretio venditur, ut quam plurimi eo gaudere possint.

Quibus ex sententiis apparet 'Rumorem Varium' non modo discipulis, sed omnibus edi, qui hanc pulcherrimam veterem linguam Latinam - miserabile dictu! - temporibus futuris semper minus pervagatam conservare et colere velint. Quamquam editio adhuc parva est, iuvat iam hodie dici posse 'Rumorem Varium' libellum apud multas gentes amatum esse, nam numerosi sunt, qui eum in Germania, Helvetia, Italia, Civitatibus Coniunctis iam subnotaverunt! Hanc praefationem cum inii verbo Caesaris tum finio verbo Horatii, quod in fine 'Sermonum' I,I; in versibus CXX et CXXI, sic legitur:

"IAM SATIS EST. NE ME CRISPINI SCRINIA LIPPI
CONPILASSE PVTES, VERBVM NON AMPLIVS ADDAM."

Valete!

EPISTVLÆ 'RVMORI VARIO' SCRIPTÆ

Gratias ago!

Censeo Varium Rumorem epistulam Latinam esse. Erant qui volebant omnes partes in Germanorum linguam transferre. In suffragium¹ misimus: complures discipuli partes Germanorum lingua scriptas noluerunt. Itaque gratias ago discipulis linguam Latinam vere amantibus. Velimus igitur Latinam exercere et ex Vario Rumore maximam utilitatem capere!

¹Abstimmung

Henricus Hürzeler (6B)

Cavete limaces!

Omnis hortulanus timet ne limaces¹ plantas suas edent et studet eos veneno necare. Melius est anates² emere, ut limaces edent. Non modo semel sed bis aut ter utiles sunt: Plantae non a limaces esae sunt, multa ova parent et die natali, si vis, asso³ delicato frui poteris.

¹Schnecken

Henricus Hürzeler (6B)

²Enten

³Braten

ALACRIA

Alienigena Turici praetereuntem interrogat:
"Suntne in oppido vestro aliqui magni viri
nati?" Tum interrogatus "minime" inquit, "in-
fantes tantum,"

Custos publicus (Polizist) obviam ibat homini-
bus vagibus (Landstreicher). Ex uno quarebat:
"Ubi est domicilium tuum?" Ille "mihi nullum"
inquit "domicilium est." Ex altero idem quare-
bat. "Vicinus eius sum!" respondit.

1	2	3	4	5	6	7	8	9
10								
11					12			
13		14						
15					16		17	
				18		19		
20	21		22		23		24	25
26							27	
		28			29			

ÆNIGMA

QVO PRAEMIVM ACCIPI POTEST (PREISRÄTSEL)

Ad perpendiculum:

1. wird mit Caesar oft gleichgesetzt.
2. Präsens von reddidi
3. Synonym von apud
4. ringsum/ ungefähr
5. wie
6. bekannt
7. Tier, lebt in Wüstenregionen
8. Gehe!
9. lieben
14. ich befehle
17. schwarz
18. ... der dritte Name eines röm. Bürgers trägt diese Vorsilbe
21. Rubidium (chem.Zch.)
22. Sitte, Gewohnheit
23. Hauptstadt Italiens
25. is (Akk.Plural)

Ad libram:


1. Jähzorn
10. nachsinnen (l.P.Präs.)
11. Palladium (chem.Zch.)
12. röm. Männertracht
13. etwas ausgesprochenes
15. von Rom weg
16. freilich
19. wenn, ob
20. das Zittern
24. Germanikum (chem. Zch.)
26. Ich hebe ein Gesetz auf, ich stelle einen Gegenantrag.
27. dorthin
28. ein Mund
29. Römischer Kriegsgott

Quodque aenigma recte solutum et 'Rumori Vario' missum ad sortem revocabitur (wird verlost werden).

Praemia sunt infra numerata:

- primum praemium: LIBER
 secundum " : CANDELABRUM (Kerzenständer)
 tertium " : III pugillares
 quartum usque ad decimum
 praemium: singuli pugillares
 (je ein Schreibblock)

HIC OSTENTANTVR, QVI RVMORI VARIO VITAM INFLAVERVNT :



Ulricus Aeschlimannus (lic.phil.I)

Litterae in 'Rumore Vario' publicandae imprimis utrum forma a studiosis nobis missa publicari possint an arti grammaticae non convenient, mihi probandae sunt. Magister acadianus sum.




Henricus Hürzeler

Socius operis per occasionem, natus Basileae a.d. VIII Kalendas Septembres a.d. MCMXLIV, uxorem duxi, tres filiae, asellus, equus parvus, felis, tres anatum nobis sunt; discipulus acadianus sum; LXII'LXXX Urswil (Helvetia) habito.

Franciscus Bachmannus


Formam graphicam huius libelli fingere meum est. Identidem meum est curare, ut 'Rumor Varius' typis exscribitur et epistulis legentium compleatur. Discipulus acadianus sum.

Si libellus vobis placet, valde contentus sum; sin autem displicet, rogo, ut arbitrium vestrum velut consilia vestra mihi scribatis. Gratias ago!



tolle, lege!

RVMOR VARIVS



RVMOR VARIVS

Postfach 883

CH- 8050 Zürich

ETIAM SVBNOTARI VORTEILHAFTER IM
POTEST! ABONNEMENT!
SVBNOTATIO IN JAEHRLICHER ABON-
VNVM ANNVM: NEMENTSPREIS:
(XII EXEMPLARIA) (12 NUMMERN)

FR. **8.80**
(HELVETIA/SCHWEIZ)

SVBNOTATIONEM DO- VERSCHENKEN SIE
NO DATE SIVE AMI- EIN ABONNEMENT!
CIS SIVE CONSAN- VERSCHENKEN SIE
GUINEIS VESTRIS! EINE LATEINISCHE
FREUDE!

Ich bestelle RVMOR
VARIVS für mich:

Ich bestelle RVMOR
VARIVS als Geschenk
für jemand andern:
(Mit Rechnung an obige
Adresse)

HIC SOLUTIONEM INSCRIBE
ET CHARTAM MITTE !

1	2	3	4	5	6	7	8	9
10							■	
11		■		■	12			
13		14					■	
15				■	16		17	
	■		■	18	■	19		■
20	21		22		23	■	24	25
26						■	27	
	■	28		■	29			

tolle, lege!

DOMICILIUM MEUM:

TITVS LIVIVS

Historiarum scriptor

*LIX ante Christum natum, +XVII post Christum natum



Chalcographia (Kupferstich) et excerptum ex libro anno MDCCLXXV edito proveniunt:

LIBER PRIMUS.

QUAM primum omnium satis constat, Trojâ captâ, in ceteros favitum esse Trojanos; duobus, Æneâ Antenoreque, & vetusti jure hospitii, & quia pacis reddendæque Helenæ semper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abstinuisse. Casibus deinde variis, Antenorem cum multitudine Hænetum, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylæmene ad Trojam amisso, quærebant, venisse in intumum maris Adriatici sinum; Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, pulsis, Hænetos Trojanosque eas tenuisse terras; & in quem primum egressi sunt locum, Troja vocatur, pagoque inde Trojanorum nomen est: gens universa Veneti appellati. Ænean ab simili clade domo prorugum, sed ad majora rerum initia ducentibus fatis, primò in Macedoniam venisse; inde in Siciliam quærentem sedes delatum; ab Sicilia, classe Laurentem agrum tenuisse: Trojâ & huic loco nomen est. Ibi egressi Trojani, ut quibus ab immenso propè errore nihil præter arma & naves superesset, quum prædam ex agris agerent, Latinus rex Aboriginesque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt. Duplex inde fama est. Alii prælio

T. LIVII LIBER I. 9

vicium Latinum, pacem cum Ænea, deinde affinitatem junxisse tradunt: alii, quum instructæ acies constitissent, priusquam signa canerent, processisse Latinum inter primores, ducemque advenarum evocasse ad colloquium: percussatum deinde, qui mortales essent, unde, aut quo casu profecti domo, quidve quærentes in agrum Laurentem exissent, postquam audierit multitudinem Trojanos esse, ducem Ænean, filium Anchisæ & Veneris, crematâ patriâ & domo profugos, sedem condendæque urbi locum quærare; & nobilitatem admiratum gentis virique, & animum vel bello vel paci paratum, dexterâ datâ fidem futuræ amicitis sanxisse. Inde fœdus idum inter duces, inter exercitus salutationem factam. Ænean apud Latinum fuisse in hospitio: ibi Latinum apud penates deos domesticum publico adjunxisse fœdus, filiâ Æneæ in matrimonium datâ. Ea res utique Trojanis spem affirmat tandem stabili certaque sede finiendi erroris. Oppidum condunt. Æneas ab nomine uxoris Lavinium appellat. Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixerunt nomen.

II. Bello deinde Aborigines Trojani que simul petiti. Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lavinia ante adventum Æneæ fuerat, prælatum sibi advenam ægre patiens, simul Æneæ Latinoque bellum intulerat.

A v.

Patavii natus Romam transmigravit (übersiedelte). Ibi munera nulla accepit sed magno cum studio opus maximum vitæ suæ scribere coepit: AB VRBE CONDITA.

Libros CXLII edidit in quibus historia populi Romani (Ab urbe condita) narrata est.

LIVIVS historiarum scriptorum optimus erat. Nobis modo libri X relictis sunt. Ex uno horum excerpimus primum partem libri primi in qua descriptum est quomodo Aeneas Troianus in Latium pervenit.


AD PVBLICANDVM

VENDO: 4 Expl.

librum doctissimum Erwini
Voellmii
(Continentem Tabulam Lo-
garithmicam. Necessarii
ad studium mathematicae
De pretio agi potest
circa Fr.8.--

Rogo. ut agas cum:
Regula Küng (6B)
Hauptstrasse 20
5200 BRUGG

**PVNCTVM
SALIENS...**



LEGENDO HANC PARVAM
SENTENTIAM DEMONSTRAS
ETIAM EAS RES, QVAS
VENDERE VELIS, PVBLI-
CANDO IN RVMORE VARIO
A LEGENTIBUS COGNOS-
CI.

EXEMPLI GRATIA VALERET

HAEC SENTENTIA

FR. 8.--

FERRARIA



gratulatur Rumori
Vario de editione
nova!

INSERATE

Unter dieser Rubrik erscheinen Inserate
in Latein und Deutsch. In zwei Sprachen,
da nicht alle modernen Begriffe, die
zuerst ins Lateinische umgeformt werden
müssen, vom Leser gleich verstanden wer-
den.

VERKAUFE:

4 Expl.
Voellmi/ Mathematische
Tafeln und Formeln
zu verhandelnder Preis:
ca. Fr.8.--/St.

Regula Küng
Hauptstrasse 20
5620 BRUGG (CH)

DER SPRINGENDE
PUNKT:



INDEM SIE DIESE
ZEILEN LESEN,
BEWEISEN SIE,
DASS INSERATE
SELBST IN EINER
ZEITSCHRIFT WIE
Z.B. RV MOR VARIVS
GELESEN WERDEN!

DIESES INSERAT
KOSTET SIE Fr.8.--

KUNSTSCHLOSSEREI



CH-5630 MURI / AG.

Gratuliert RV MOR VARIVS
zur neuen Auflage!

IMPRESSVM

'Rumor Varius' duodecies
in singulos annos editur

Editio: CCXXII

Pretium subnotationis:

In Helvetia Fr. 8.80

In Europa Fr.10.80

In terris trans
maria sitis Fr.13.80

Exemplar singulare:
Fr. -.80

Auctor:
Ulricus Aeschlimannus

Impressum et acceptio
rerum legentibus publi-
candarum:

Franciscus Bachmannus

Editio:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Epistulae, mandata:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Rumor Varius erscheint
12 Mal jährlich

Auflage: 222

Abonnementspreis:

Schweiz Fr. 8.80

Europa Fr.10.80

Uebersee Fr.13.80

Einzelheft Fr. -.80

Redaktion:
Ulrich Aeschlimann

Graphik und Layout:
Franz Bachmann

Verlag: RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich

Inseratenannahme,
Korrespondenz und
Bestellungen:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich